Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

44. Quod vxor præsidis Antiocheni dysenteria simul & hæresi laborans, cum ad hæreticos co[n]fugeret, pro remedio illis nihil conferre valentibus, tandem Ioannis Chrysost. consilio, aspersione aquæ ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-52445

Visual Library

& ridere, imò illos ipſos potius in quaſuis anguſtias adigere, coercere & coarctare, vt verum fiat illud Apoſtoli: cui exhibetis vos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis eius, cui obediſtis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam. *Rom. 6.* Porrò Franciſcanus ille, quia religione erat Catholicus, & religionem honeſtate vitæ decorabat, tandem tres illos dæmones omnes eiecit, quorum nomina (vt ipſi interrogati fatebantur) erant Bœbus, Lupus Barrabas. Interrogabantur prætereà à diuerſis circumſtantibus, quorum tres rem vt geſta eſt, referentes audiui, an ſinguli homines haberent angelum malum, reſponderunt, imò vel quinque. Rogati quoque an multi etiamnum cacodæmones deliteſcerent in inferno; dixerunt paucos admodum: nam vniuerſos ferè occupari circa propagationem nouarum religionum.

LEO Imperator in oratione encomiaſtica de Ioanne Chryſoſtomo, & Simeon Metaphraſtes in vita D. Ioan. Chryſoſtomi Uxor præſidis Antiocheni dyſenteria ſimul & hæreſi laborans, cùm ad hæreticos confugeret, pro remedio, illis nihil conferre valentibus, tandem Ioan Chryſoſtomi conſilio, aſperſione aqua benedictæ curatur, & à morbo & ab hæreſi.

CAP. XLIV.

NEotericis hiſce exẽplis lubet iam peruetuſtum quoddam iucũda interpola- *Habetur in 1. tom. Surij 27. Ianuarij*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tione ſubijcere. Cùm plurimi apud Antioch
am hæreſi Marcionis infecti eſſent, atque ad
ipſe Præſes vrbis, Vxor eius morbo dyſſen
riæ diuinitus corripitur. Et ea quidem om
accerſit, nihil autem ei prodeſt, ſed omn
parte auxilio deficitur. Deinde quid? Con
git ad hæreticos. Ij quoq; aggrediuntur ad
um dierum vſq; precationem, nec quidq
proficiunt. Neſcit rurſus quid agat mulier
dem ſtatuit ad virum diuinum confugere.
inde id dicit ſuo marito, perſuadet. Poſtre
venit ad Dei ſeruum. Ioannes de his diſcep
cum epiſcopo, eis procedit obuiam, ex Ecc
ſia arcens tanquam indignos, arguit hæreſ
tunt ipſi veniam, aſſentiuntur veritati, m
mè autem mulier: Cùm ſanctus aquam a
ſet, rogat Epiſcopum, vt facto ſignaculo m
eri aquam aſpergat. Hoc cùm factum eſſe
tim mulier accipit ſanitatem, reuerſa ſu
dibus, & pulchrè affecta reddens, quæcu
erat pollicita. Hoc fuit hæreticis dedec
probro & afflictioni, & cauſa vt virum d
num maledictis inceſſerent. Ille autem om
quidem deſpiciebat, vni ſolum rei inten
nempè illorum ſaluti. Sed non perſuad
Dolore autem affectus propter vniuerſam
uitatem, lamentabatur, dicens: ſi ſeruato m
ledictis inceſſabatur, idq́ue cùm Deus eſſe
ingratis: qui hoc magnum in nos ſeruos
tamen fore, vt illorum caſu Deus vniuer
caſtiget ciuitatem. Nondum autem nos pr

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nierat, & terræmotu tota concutitur ciuitas. Tenebris inuoluitur cōcilium hæreticorum, ad ſolum vſque deijcitur, & quęuis domus hęretici, & domus eorum fiunt eorum ſepulchra, nulla læſa domo orthodoxorum. Propter hæc confirmabatur ciuitas, & augebatur fides, & Deus laudabatur.

Matthias Bredenbachius in Apologia libri de diſſid. Eccl. compon. De quodam Lutherano, qui ſe deuouendo, inficians vera eſſe quæ dicebantur à monacho Catholico, ſubitanea morte percuſſus eſt.

CAP. XLV.

FVit mihi in hac ſchola Embricenſi laborum ſocius Petrus Homphæus, non ille, qui poſtea factus eſt huius collegij Decanus, vir æterna memoria dignus, ſed huius patruelis (doctrina, pietate & humanitate ſpectatiſsimus, etiamnum hoc anno 1583. ſuperſtes, ac Decanus Palatioli prope Treuirim.) Is aliquando è ſua patria nauigio deſcendens, ſecum habuit præter cæteros in eadem naue duos monachos. Hos cùm quidam factionis Lutheranæ miris contumelijs, conuitijs, & diſputandi contentionibus exagitaret, alter monachorũ placidis quidem verbis, ſed rationibus tã grauibus obuiauit, vt ille nihil haberet, qđ contradiceret. Cœpit itaq; deuouendo ſe inficiari vera eſſe, quæ dicerentur à monacho. Si, inq̃t, iſta ſe ita habẽt, ꝑdat me ſubitanea morte hoc loco Deus. Atq; vna cũ ipſo verbo efflauit animam.

Pet. Hõphæus Decanus Embricenſis.